HUGO DE SANCTO VICTORE
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 73r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sue pede secure figat. diu extra custodiam
intrinsece meditationis morari reformidat. s; si
forte aliquando per cogitationem exierit. cito quasi
columba auolans elongans ad solitudinem conscientie
redit ibique astrepitu exteriori quasi colum
ba in archa a fluctibus requiescit. Intelligamus
ergo in nobis esse quod fugimus. in nobis esse ad quod fugere
debeamus concupiscentiam et fidem. Concupiscentiam
quam fugere debemus. fidem quam debemus apprehendere.
de concupiscentia ascendere ut illam proficiendo re
linquamus. per fidem ascendere ut illam tenendo in melius
semper proficiamus. Concupiscentia pertinet ad opera con
ditionis fides pertinet ad opera restaurationis.
quia et illa inordinate amando per concupiscen
tiam diffluimus. et ista pie credendo per fidem
solidamur. Et iccirco diuina monita tociens
clamant nobis. et suadent mundum fugere non
utique ut extra celum et terram exeamus. s; ut
in concupiscentia mundi non maneamus. Quid
est non maneamus. Quis manet in concupiscentia
mundi. Qui delectationem animi sui in ea
ponit. qui ad eam explendam iugiter intendit
qui de ea assidue cogitat. et propositum animi
sui in ea confirmat. qui eam ex deliberatione sequitur